


CC
1531

96.7A.



10





BERNARDINI
BALDI

IN TABVLAM AENEAM EUGVBINAM,

Lingua Hetrusca veteri perscriptam,

DIVINATIO.



AVGUSTÆ VINDELICORVM,
ad insigne pinus.

Anno MDCLXIII.

BERNARDINI

BALDI

IN TABULAM AENEAM EVGVBINAM

Linguae Helveticae veraci pericriptum

DIVINIO

REN. FR. FR.
UNIVERS.
ZVHALLE



AN COSTE NIDELICORNI

ed. inf. p. 100

ANNO MDCCCLII





LECTVRO S.



QVAM BERNARDINVS BALDVS Diuinationem in tabulam Eugubinam ad MARCVM VELSERVM misit; ea ob argumenti nouitatem & peregrinitatem, atque adeò multò maximè propter incredibilem conatus audaciam, lucem mereri visa est. Nam de cætero BALDVS disertè testatum voluit, se ex hoc ingenij pæne lusu, laudem neque petere neque expectare, cum interpretando scopum ubique assequutum, in tantis tenebris ne ipse quidem sperare audeat. Se felicioribus ingenijs facem attollere, quo longius illa deinde progressa, meliora & certiora proferant. Profectò eruditione sæculi, & hac litterarum luce indignum videri, ex quo Gabriellus, Smetius siue Lipsius, & Gruterus tabulam ediderunt, hominem natum inuentum esse neminem, qui unius saltem vocolæ explicationem profiteretur. Porro, quoniam Berosi & Catonis testimonijs BALDVS in commentario interdum usus est, lectorem monendum putauit, se non ignorare quæ sint eruditorum fere omnium de Anniano Beroso præiudicia: interim perspicaciores nonnullos, in tam densis nugarum nubibus, alicubi emicantes veritatis radios obseruasse: itaque scriptorem, quem à prisco genuino Chaldæo longè alium esse necessariò fateantur, neque tamen Annij, aut non multo superiori ætate confictum, sed tum mala manu corruptum & interpolatum fuisse existiment, non omninò abijciendum, quin cum delectu legendum sentire. Verum hæc BALDVS per se in medio vult sita esse, nam quæ ex Annij Beroso attulerit, e-

A 2

tiam

tiam aliunde ait licuisse confirmare. Catonis fragmenta fere pari sententiæ acerbitate damnata: sed, ut non omnium unus idem gustus est, Aufonium Popmam, hominem eleganter doctum, quiq; Catonem multum triuerit, cum quæ eius exstant omnia ederet & notis illustraret, quæ sequuntur verba de ijs scripta reliquisse. *Hæc Catonis nomine olim edidit I. Annius Viterbensis, homo, ut illa tempora ferebant, & diligens & eruditus. Nec est mihi quidem dubium, quin sint excerpta ex II. & III. lib. Originum, in quibus tractauit de origine & situ urbium Italicarum. Cuius sententiæ meæ ratio est, quod hîc scribitur: Cum Orobijs Colonijs ibi primus insedit, quorum origo incerta, uti Comi, Bergomi, Licini-fori, & aliquot circa populorum. Rursus: Ameria ferme nongentis annis & amplius restituta, ante Persei bellum. & hoc utrumque Catonem tradidisse, authore est Plinius lib. III. cap. XVII. & XIV. Sed non ausim affirmare esse contextum verborum Catonis: quin potius crediderim, illum qui excerpfit, summa rerum capita, partim Catonis, partim suis verbis retulisse. Quæ caussa me mouit, ut non putarem esse operæ pretium hæc pluribus explicare.*

Ad commodiorem lectionem ita Romanè scribi
poterit, ordine inuerso.

5

Rudfucifu: edadunf: Sfduoblas: eskamifu: Aceifu:
Inumek: Fedfiama: sranfi: fdiafegda: rdufecafu:
Epek: surdu: sese: edebluma: cesune: ruemunes:
Rurpibes: Rudfucifu: Sfduobla: Refenafu: isek:
Apceifu: edededunf: caripus: Ruemune:
Cesune: Rudfucifu: Asamap: Edeblamap:
Asebefes: Kadnus: isebeles: Ef: cemres: vnsdes:
Sures: sanes: Redfensu: Redsnemu: Aprelfu:
Sfafifafu: ceskles: snafes: Asnafes: secakne:
Edebluma: Redsnimu: Ruemune: Rurpikē: Cesune:
Ruemunes: Rurpikes: klacles: Redsniomu:
Ruemune: Rurpikes: Ef: cesune: Ruemunes:
Rurpikes: Rusfin: Edeblu: inuk: edeblu: umfu:
Rufde: sre: edus: inuk: cesfibia: mega: rudsurife:
Skalbefa: kunikat: Areofde: esug: fesphu: sese:
Afa: Asama: Rudfucifu: secakne: sukafu:
Inumek: cesceba: Redsunfdu: suru: edeble: oule:
Secakne: skalbefa: kunikat: Rudfucifu: Inunfek:
Cesfibia: Redsunfdu: fudse: sured: edeble: secakne:
Scalbefa: Kunikat: Rudfucifu: inumek: jeofepim:
Efu: celfu: Epek: Redsunfde: Anfsnfu: inumek:
Adblafag: casus: vgesfne: secakneg: Rudfucifu:
Inumk: Rdutube: Kebu: secakne: Redsniomu:
Ruemune: Rurpibe: inumek: klefda: reskles:
Cugeses: secaknis: Redsiomu: cesune:
Ruemunes: Rurpbes: inumek: sceris: oedi:
Etadiag: Anfsnfu: Inumek: edus: fabet:
Fedfu: Inumek: Kumalsfu: Apkani:

Kani-



Kanefu: kumafes: Redsniomu: esuku:
 Esunu: veefu: fatifenu: oabefu: Rune:
 Gdeofu: oabefu: Ar: ifek: Gak: usf: Rudfifu:
 Gufu: ounsak: Ripi: Rdureoasf: Epek:
 Vdes: Runes: Neipo: Abs:

Latina Tabulæ ad verbum explicatio.

Rudfucifu: edadunf: Sfdublas: eskamifu: aceifu:
 Rex noster: Dominus noster: Sfdublas: excitator noster: pater noster:
 Inumek: Fedfiama: sranfi: Fdiasegda:
 & legislator: liberatrix nostra mater: Domina nostra: Fdiasegda:
 Rdusecasu: Epek: surdu: sese: edebluma:
 Contritionem nostram: educendo: propulsauerunt: sexies: Aulum:
 Cesune: Ruemunes: Rurpibes: Rudfucifu: Sfdublas:
 Consulem: Romanæ: Reipublicæ: Rex noster: Sfdublas:
 Refenafa: ifek: Apceifu:
 debilitauit: & precipitanter currere fecit: uim inferentem nobis:
 Ededunf: caripus: Ruemune: cesune: Rudfucifu:
 Conturbantem nos: Carbonem: Romanum: Consulem: Rex noster:
 Asamap: Edablamap: Asebefes: Kadnus:
 Desolatores nostros: Luctus nostros: Asebefam: kadnus:
 Isebeles: Ef: Cemres: Vnsdes: Sures: Sanes:
 & Sebelem: atque: Cemrem: Vnsdem: Surem: Sanem:
 Redfenfu: Redsnimu: Aprelfu: sfafifafu:
 Persecutores nostros: frænauit: Duces nostri: protectores nostri:
 Ceskles: snafes: Asnafes: secakne: Edebluma:
 Velites: equos: equites: continuerunt: Aulum:
 Redsnimu: Ruemune: Rurpikē: Cesune: Ruemunes: rurpikes:
 frænauerunt: Romanam: Rempubicam: Consulem Romanæ: Reipublicæ
 Klakles:

Klacles: Redfniomu: Ruemune: Rurpikes: Ef:
 Effusiones: compefcuerunt: Romanam: Rempubicam: atque:
 Cesune: Ruemunes: Rurpikes: Rusfin:
 Consules: Romanae: Reipublicae: sagittarios:
 Edeblu: inuk: edeblu: umfu: Rufde: fre:
 Auli: & milites: Auli: Pop. noster: prostravit: Principes:
 Edus: inuk: cesfibia: mega: rudfurife:
 contriuit: & milites: nobiles: tabefactus est: Rex noster:
 Skalbefa: kunikat: Areofde: esug:
 qui fuit ut pater noster: sepulcrum: edificauimus: sepiuimus:
 Fesphu: sese: Afa: Asama: Rudfucifu:
 plorauimus: sexies: medicinam: desolationis: Regem nostrum:
 Secakne: sukafu: Inumek: cesceba:
 operuimus: umbraculum nostrum: & legislatorem: tanquam dormientem:
 Redsunfdu: suru: edeble: oule: Secakne:
 strauimus: effudimus: planctum: fortem: tumulauimus:
 Skalbefa: kunikat: Rudfucifu:
 Eum qui erat ut pater noster: Urnam: Regis nostri:
 Inunfek: Cesfibia: Redsunfdu: fudse:
 Et liberatoris: tanquam Patris: strauimus: fossam:
 Sured: edeble: secakne: Scalbefa:
 officium: luctus: tumulauimus: eum qui erat, ut pater noster:
 Kunikat: Rudfucifu: inumek: jeofepim:
 Urnam: Regis nostri: & legislatoris: Interpretis:
 Efu: celfu: Epek: Redsunfde: Anfsnfu:
 Amplexatoris: virtutis nostrae: Educloris: collocauimus: exaltator noster:
 Inumek: Adblasag: casus: vgesfne: secakneg:
 & legislator: senio confectus: decrepitus: corruptus est: fundauit:
 Rudfucifu: Inumk: Rdutube: Kebu: secakne:
 Rex noster: & legislator: imperium optimum: Domus: fundauit:

B Red.



8
 Redsnomu: Ruemune: Rurpibe: inumek: klefda:
 frenavit: Romanam: Rempubicam: & legislatorem: Imperatorem.
 Reskles: Cugeses: secaknis: Redsiomu:
 Milites: fabros: castrorum metatores: frenavit:
 Cesune: Ruemunes: Rurpbes: inumek:
 Consulem: Romana: Reip: & legislatorem:
 Sceris: oedi: Etadiag: Anfsenfu:
 Adolescens: perdidit: moerore affecit: subleuator noster:
 Inumek: edus: fabet: Fedfu: Inumek:
 & legislator: contrivit: fabet: Redemptor noster: & legislator:
 Kumalfu: Apkani: Kanefu: kumafes:
 Succisorem nostrum: vim inferentem: osorem nostrum: insurgentē in nos:
 Redsnomu: esuka: Esunu: veefu:
 frenavit: corruere fecit: mortuus est: amplexator noster:
 Fatisfenu: oabefu: Rune: Gdeofu:
 Eques noster: Amicus noster: Princeps: exercitus nostri:
 Oabefu: Ar: ifek: Gak: usf:
 Amicus noster: lux: deductor: eductor: congregator:
 Rudfifu: Gufu: ounsak: Ripi:
 Persecutionum nostrorum: corpus suum: eductum: torpens:
 Rdu: reoasf: Epek: Vdes: Runes:
 Attenuatum: favilla: eduximus: & cinerem Principis.
 Neipo: Abs:
 Unguentis obleuimus: Patris:

Inter-

Interpretationis ratio; atque de lingua Etrusca.



*E*truscam linguam antiquis temporibus dissimilem prorsus à Latina fuisse, multis didicimus testimonijs; & in primis ex Liuiio, is enim ait, Cum ad siluam Cyminam à Fabio Consule victi essent Etrusci, quidam eos per siluam insecutus, qui linguam Etruscam probè nouerat. Idem quoque alibi Romanos scribit pueros antiquitus Etruscis litteris, sicuti postea Græcis, erudiri solitos. Aulus quoque Gellius libro Atticarum Noctium xi. Causidicum illum carpens, qui obsoletis nimium uocibus utebatur, ait; Adstantes uerbi uè non intellecta, quasi nescio quid Tuscè, aut Gallicè dixisset, uniuersos risum excitasse. Plinius item ilicem uetustam Romæ dicit fuisse, æreis litteris Etruscis inscriptam. Multa uerò huc pertinentia consultò omittimus, ut potè antiquitatis cultoribus obuia. Porrò hoc cum ita sit, iurè dubitari possit, unde nam idioma illud originem traxerit. Certè plures olim, tum Græcos tum Barbaros, Etruscam oram varijs temporibus occupasse, palàm est; Lydos nempè, Peloponnenses, Pelasgos; Antiquissimis autem temporibus etiam Hebræos, ut è Berosi antiquitatibus colligitur, duce Iano insedisse. Comerus enim, cognomine Gallus, filius Iaphet, post Noam uenit in Italiam, urbes erexit, leges dedit: Post quem uenit & Cham, subinde iterum Noè, qui eiecit Cham, diuisit colonias, Ianiculum insedit, & loca illa præcipuè incoluit, quæ à Tiberi extenduntur ad Arnnum: Vcitulonia autem iura dicebat. Primus igitur Etruscorum Præceptor Noè Ianus, qui quidem ex Saga Scythia Aramea uenit, uixitque in Italia annis 92. Seruauerunt Etrusci antiquitates suas à diluuiò usque ad Cecinnam Volturenium, quod testatum reliquit Cato in Originibus his uerbis. Sangni gentilem Sabi pronuntiant Sabini, Sanctum Romani, Sagam Barbari, à quo & Sagi primi Tusci, id est Pontifices, & sacri expiatores: ex quo patet leuitas cum loquacitate Græcanica, quâ à Lacædemonijs ortos scribunt Sabinos, & Græca origine à σάββαι dictos fingunt. Sed Roma tum rudis erat, cum relictis lit-

teris & disciplinis Etruscis, mirabunda Græcis fabulis rerum, & disciplinarum erroribus ligaretur; quas ipsi Etrusci semper horruerunt: neque ob id Latinas quidem voluerunt suscipere, usque ad Cecinnam Volturenium, magistrum Quadrigarum, & augurum principem, patrem Menippi, & auum Menodori, quas ante illum pater eius Volturenus, auusq; Titus, & proauus Turrenus, semper Romanis Principibus carissimi reuenerunt, cum ad eas recipiendas urgerentur. Nam ipse Turrenus patre Helbio Volturenno, & Regum Etruscorum ultimo ad lacum Vadimonis cæso, equidem ad reddendam urbem Etruriam anno 2. Olymp. centesimæ vigesimæ quartæ allici potuit: sed ad recipiendas Latinas litteras nunquam persuaderi potuit. Hæc Cato. Ne autem Pelasgicam, Lydiamve fuisse Etruscam linguam quis credat, multa argumenta esse possunt: inter quæ illud præcipuum, quod omnia ferè Etrusca vocabula Hebraicam habeant, & Chaldaicam originem, quod in nominibus locorum atque hominum facile est cognoscere. Vt exim ab ipso prouinciæ nomine exordiar, Tuscia Hebraicæ originis est vocabulum: deducitur siquidem à verbo tes, quo rei existentia declaratur. Multipliciter verò apud Hebræos verbum Tuscia interpretatur, sapientia, essentia, diuina lex, robur, virtus. Quæ omnia vetustissimam prouinciæ ipsius nobilitatem præferunt. Etenim sapientes fuere Etrusci, & in ijs quæ ad diuinum cultum spectant, ut Ethnici, laudatissimi. Porro Fesula dicta videntur à phasal, aut p dura pasal, quod sculpsit, dolauit significat: unde Fesul, seu Pesul idolum sculptile: Quamquam Viterbiensis velit dici Fesulai, id est transitum paludis. Volaterra ab Vala, id est antiquus, & tur, mons; scilicet antiquus mons. Carratia à Chir & iarcach, hoc est murus, vel ciuitas Luna. Aretium ab Arex, id est terra. Arnus videtur nomen adeptus à torrente Arnon, qui Iordanem illabitur: quæ dictio multipliciter ex Hebraica origine deduci potest: Etenim Arnus ab Arun, id est nobilis, vel Princeps, eo quod fluuius iste nobilior sit cæteris Etruriæ fluuijs. Præterea ex proprijs hominum appellationibus eadem veritas clarè patefit. Nam Turnus, & Turan sonat Princeps, idq; Chaldaicè; unde

de

de prisco more Turanni, & Tyranni dicti fuere Imperatores, Reges. Me-
 zentius à zanzan, id est, terrorem incussit; unde Mezanzean, terribilis,
 terrorem incutiens. Lausus, quasi Lais, & Laus, id est leunculus. Tarcon,
 à Tarach, laboravit, id est, laboriosus. Camillus, à Casam, auguratus est,
 interpretatus est; & affixa voce el, Deus, Cosmel, Dei augur, vel inter-
 pres. Quod enim iuniores dixerunt Camillum, Casmilum seniores. De cuius
 verbi origine plura apud B. Briffonium lib. de ritu nupt. Porsenna videtur
 à verbo Paras, extendit, aut separavit; item paras denotat eques. Tana-
 quil fortasse à verbo nachal: id est, hereditatem cepit. Metabus à verbo
 Metib, ab origine Tob, id est, bonum faciens. Camers, id est Sacerdos, unde
 Comarim apud Hebræos sacerdotes, eo quod pullis vestibus induantur.
 Messapus, id est, Additus, quasi Musaph, aut Musap, à Iasaph: hoc est,
 addidit; unde & apud Hebræos eadem significatione Ioseph. Tagus à Thu-
 ga; id est, sollicitudo. Numanus, quasi Necman, à verbo Aman; hoc est fi-
 delis. Hæc igitur ego cum animaduertissem, quique scirem, Eugubinam ci-
 uitatem in Etruriæ finibus sitam; tum viderem tabellam à dextera in sini-
 stram, Hebraico more scriptam; non aliunde quam ab ipsis Hebraicis, Chal-
 daicis que originibus eius sensus (si ulla id verè præstandi adesset spes) puta-
 ui esse eruendos. Characteres certè Latini sunt: sed inuersi. Magna tamen
 eorum pars iis similis est, quibus minusculis in litteris exarandis utimur;
 ut videre est in b, g, m, n, p, r, s, t. Ipsa etiam f haud satis à nostra minu-
 scula abhorret, si hastulam in nostra deorsum flexam erigas. Mirum nihi-
 lo minus nullam hic haberi aspirationis notam; qua quidem non Latini
 modò; & Greci, sed Hebræi, Chaldaei, & Arabes frequentissimè uti solent.
 Itaque cum ex Hebraicis & Chaldaicis fontibus interpretationem hauri-
 endam pro certo haberem, quare mota ratione nihil aliud omninò, unde id
 commodè fieret, poteram excogitare, eam tandem viam seriò ingressus sum;
 primum quam diligentissimè curavi, ut seruilibus litteris remotis radicales,
 hoc est, præcipuas, in quibus tota Hebraicorum verborum vis consistit, in-
 uestigare, atque inde significationes, & vim opportunè cognoscerem.

Quod ut attentavi, mirum est, quanta mihi hac in re obscurissima, perplexissima, & tenebris Cimmerijs densiore, sese obtulerint facilitates. Nonnulla tamen haud parvum mihi negotium fecere, nempe aliquot nomina, quorum inter Hebraicas radices nullas respondentes inueniebam, tum notularum perplexitas. Neque enim ulla ratione dignoscitur differentia inter ain, & aleph, inter teth, & thau, inter sin & scin, & samech; inter zain, & zade: Vix etiam in ipso contextu Grammatices observatur ordo, licet quaedam Hebraicae linguae appareant vestigia: videtur enim littera stare in principio, loco *va* *v* coniunctivae particulae: atque Et loco Eth, quae apud Hebraeos est accusandi nota. et quoque, pro Hebraico aph, hoc est etiam. Insuper maximam nobis molestiam tulit, quod lingua haec, etsi ex Hebraico fonte manare videatur, temporis tamen diuturnitate, & aliarum linguarum mixtione multum, ut consentaneum est, de pristino & genuino candore amiserit. Quam difficultatem absque dubio is inter nos experiretur, qui Latinae linguae auxilio, vernacule apud nos scripta interpretari conaretur. Quidquid sit, felicius quam credi a quopiam posset, res successit. Nam ex tota serie orationis, & ordine rerum quas continet, facile quispiam, nisi morosus prorsus fuerit, haud penitus nos a scopo aberrasse, cognoscere poterit. Ceterum, ne cui imposturam fecisse videamur, singillatim verborum omnium, quae in tabella habentur, ex Hebraico & Chaldaico idiomate rationem infra afferre conabimur.

RVDVFCIEV) Usu animadvertimus, affixam su in hac tabella idem posse quod Hebraicum nu, id est, noster. Porro in hac dictione radicales sunt r, p, c. Etenim p, quem raphatum dicunt Hebraei, ipsius fsonum reddit: significat autem raphac adhesit, innixus est. Unde raphuc, seu rudfuc (videtur enim d commodioris pronuntiationis gratia interposita, id, cui quis adheret, innititurve. Is vero Rex est: & propterea Graeci Reges, Βασιλεύς, hoc est, populorum bases indigitarunt. Potuissemus etiam vertere, socius noster.

EDA.

EDADVNF) Ed particula videtur nomini apposita, qualis est eth Hebraorum: Ultima quoque affixa est, ut etiam superior fu, & eodem sensu. Nuda ergo radix est אדון adun, id est, Dominus, Hebraei etenim Adon Dominum vocant.

SFEDVOBLAS) Nomen, ut verosimile, Principis, cuius elogium tabella haec habet: Quis autem is fuerit, est nosse difficile: neque enim Eugubina historia illorum temporum, si modo scripta fuit, ad hanc usque aetatem nostram pervenit: Atque si scripta fuit, obscura certè fuit: Civitatum enim, quae non precipue sunt, res gesta, & Regulorum nomina, temporis diuturnitati cedunt, & facile evanescent.

ESKAMIFV) Radix est, שם sacam, surrexit. Vnde hischim, transitivum verbum surgere fecit. Vnde escami, excitator, & fu, noster.

ACEIFV) Hebraicè אח ach est frater, Accifu, frater noster.

INVM EK) I diximus stare loco uau, copulatiuae particula, & Numek à radice Chaldaica נמק, legem tulit. Inde Nomek, seu Numek legislator.

FDFIAMA) Duo videntur verba copulata FDFI, AMA. Apparet autem FDFI, manasse à פדה pada, vel fada, liberauit. Vnde adfixa si interpretamur liberatrix nostra, AMA verò mater: quod enim Hebraei dicunt אמם im, Chaldaei efferunt ima.

SRANFI) Aliquando qui tabellam exaravit, vel casu aut errore, usque ductus, aliquas vocales omisit, ut hic SRANFI, pro SARANFI. Est autem שרה Sarah Domina, N verò, vel repletiva littera est, vel Etrusci pro SAR, SARAN usurpabant. Quanquam ipsimet Hebraei & Arabes, atque Chaldaei Saran Principem dicunt.

FDIAFEGDA) Hic etiam me iudice secunda vocalis desideratur post f: Videtur autem nomen proprium fuisse uxoris ipsius Sfeduoble.

RDVSEKAFV) Radix רסר rasc, Chaldaicè contriuit. Vnde RDVSEKA, contritio.

EPEK) Radix פקא, eduxit.

SVRDV) אַרדו *sarad*; Chaldaicè expulit.

SESE) Hebrais שש *sces*, *sex*. Vnde *scisci*, *sextus*, & *sese*, *sexies*.

EDEBLVMA) Ed apposita particula; EBLVMA nos *Aulum* interpreta-
mur: quandoquidem Hebraica *beth*, modò *b* modò *u* sonos imitatur.
Quis autem fuerit iste *Eulus*, *Aulus*vé, penitus me ignorare profiteor.
Certe multos *Aulos* Romana agnoscit historia,

CESVNE) Hebraica radix שסנ *chasan*. Denotat fortis fuit, prævaluit.
Chasin fortis. putamus hac dictione *Consulem* significari. Fortasse corrupto
leviter verbo barbarè *N*, loco *L* posita, & *o* in *e* mutata, ut *Cesul* *Consul*,
quod in super sequentia evincunt.

RVEMVNES) Dubitandum nemini arbitror, hac voce Romanae signifi-
cari, ut sit adiectivum eius quod sequitur *Rurpibes*, id est, *Reipublica*. Il-
lud etiam dignum animadversione, affixione *s* finali, Etrusca Grammati-
ca Genitivum fieri. Certe annotat *Viterbiensis*, Etruscos veteres *Romu-
lum* & *Remum*, *Rumulum* & *Rumum* appellasse, tum Romanos *Rum-
neses*.

RVRPIBES) Vel ex hac sola dictione facile cognoscitur, quam fœde E-
trusci Latina vocabula mutilarint: Etenim cum in hac dictione *Resp.* sit
s post *E*, illi eius vice posuerunt *R*, quandoquidem ut notat idem *Viterbien-
sis*, *Tusci* usi sunt littera *R* pro *s*, ut loco *Thursena*, *Thurrena*: Porrò paulò
inferius scriptum invenimus *Rurpikes*: Cum enim in Latina dictionis calce
sint consonantes *B* & *C*, ipsi modo hanc, modo illam abiecerunt & sustule-
runt.

REFENAF) אַפּנא *debilitavit*.

ISEK) I, copula, SEK אַש *conturbavit*, ad cursum incitavit. Est au-
tem proprie inter currendum collidere crura. Ita exponit *David Kimbi*.

APKIEV) אַפּא *vim intulit*.

EDEDEDVNE) primum *ed* affixum. Reliquum dictionis radix est אַדנ, *movit*. *F* affixum.

CARIPVS) ex eo quod sequitur *Ruemune Cesune*, id est *Romanum Con-
sulem*.

sulem apparet, hoc nomen esse proprium hominis cuiuspiam. Cum autem B facile transeat in P antisticham litteram, & i manifesto videatur extranea, in eam sententiam veni vertendum esse Carbonem; qui quidem Carbo è multis, de quibus Romanæ historie, qui fuerit, prorsus nescio. Vñ scio, Papirium Carbonem Consulatum gessisse cum Cecilio Metello, An. urb. cond. 641. Item cum Mario Gratidiano an. 672.

ASAMAF) videtur esse à radice asam, desolavit.

EDABLAMAP) Ed, particula adiuncta. Radix potest esse אביל Abal, ploravit, unde Ebel, luctus. Cum autem in fine adsit radicalis M, fieri potest, ut sit à radice Balam, compescuit; & vertendum cohibitorum. P, demum calci dictionis adiecta idem valet quod f, diximus enim apud Hebræos p, & feandem esse litteram. Vnde & nos Hebræos imitati, Phænices dicimus & Punicos, Palestinos, Philistinos. Sed & Pharaonem Hebræi efferrunt Parhao.

ASEBEFES) Hoc nomen & proximè sequentia, ac si essent propria, transtulimus: Neque enim aptè interpretationem visa sunt admittere. Fuerunt forte an Latronum Duces, agrorum vastatores. Hinc nomina eorum obscura.

REDFENFV) à radice פרה. persequutus est.

REDSNIMV) à radice פסן Rasan, id est, frenavit. Vnde Resen frenum dicitur. Est autem D littera adiecta commodioris prolationis gratia. Porrò mu ultimum apparet esse pronomen tertiæ personæ plur. num. pro quo Hebræi habent Mo, unde lamo, significat eis.

APRELFV) Chaldaicè רפיל refil. Denotat Princeps, Dux, Vexillifer. Unde nos in latrunculorum ludo Refiles dicimus, quos prope Regem aut Reginam collocamus. Itali Refili, ò Alfieri.

SFAEIFAfV) A Chaldaica dictione ספוף sifuf, umbraculum. Unde nos Protectores vertimus.

CESCLES) Compositam esse arbitror dictionem hanc à פוש, festinus,
C &



ל leuis. Et hinc velites designari, & leuis armatura milites.

SNAPES) Equos: Etenim נָפַץ *zenaf*, Chaldaicè est hinnuit, quasi hinnientes, vel, quod arridet magis, galeatos: siquidem sanif est capitis ornamentum, diadema, vel conus galeæ.

ASNAPES) Ab eadem radice nos vertimus equites.

SEKAKNE) A radice נָחַשׁ *facach* Hebraicè contudit.

KLAKLES) effusiones, à Chaldaico verbo נָחַח *calach*, effudit.

RVSFIN) sagittarios: Quandoquidem נָשַׁף *reses* sagittam significat Heb. quamuis multipliciter verbum hoc ab illis exponatur. Potest etiam deduci à Chaldaico *resua*; hoc est, Principes, & familiarum capita: facile enim u & b transeunt in f.

INVK) fortasse est à נָחַח *nacan*, Chaldaice hasta: Nos Hastatos vertimus.

VMFV) Hebraice אָרָם *Populus*, vel *Natio*. Fu relatiuum affixum.

RVFDE) אָרָפַד *rafad*, strauit.

SRE) Desideratur, ut par est, a, sitque integra dictio SARE. Est autem Sar, Princeps, Dux.

EDVS) Ab Hebraica radice נָדַס *dos*, vel *dus*, contriuit.

CESFIBIA) Videtur esse à verbo נָחַשׁ *chasab*, reputauit, considerauit. Unde *chasub*, vir honoratus, nobilis.

MEGA) A verbo מָגַג *Mog*, vel *mag*, liquefactus est, solutus, tabefactus.

SKALBEFA) Seruiles sunt s, c, l; prima sce Hebraicè sonat qui: caph c comparisonis nota: Lameel L significat Ad vel In. Be loco Ab, vel Aba, pater. Et syllaba fa boco relativi adiuncti, noster.

KVNİKAT) Sepulchrum. Chaldaicè נָחַח *cancan*. Urna, vas.

AREOFDE) אָרָפַד *rafad*, strauit, reclinauit.

ESVG) A radice נָחַח *fog*, vel *sug*, circumsepuit, vallauit: Unde *sugah* circumseptum, vallum, & *sig*, sepes.

FESFEDV) Videtur esse à verbo נָחַח *saphad*, plorauit, luxit.

ASA)

ASA) A Chaldaica radice אס as, medicatus est. Unde asa, medicina.

ASAMA) Hebraicè שם, desolauit, vastauit. Unde SEMAMA, desertum, desolatum.

SEKAKNE) Videtur esse à radice סכס sacac, operuit.

SUCAFV) Ab eadem radice. Unde sucab, tabernaculum, umbraculū.

CESCEBA) Littera C, vel kaf seruilis, & comparatiua sacab, dormiuit.

REDSVNFDV) Videtur esse à רצף razaf, strauit, & fortasse D ante S, exprimit hic vim tzade. N autem insertum videtur euphoniae gratia. Sternere autem hoc loco accipiendum putamus, ut denotet cadauer in loculo collocare.

SVRV) A Chaldaica radice שרה sarah, effudit.

OVLE) Videtur esse ab אל el, fortis.

INVEK) à Chaldaica radice נפק nefac, eduxit.

FVSDE) Chaldaice פזד pazad, fouea. Unde videtur deduci fasde vel fusde.

SVRDE) Chaldaicè סדר sarad, ministravit. Unde Surda, ministerium, officium.

FEOFEPIM) Hebraicè פי, vel phi, os denotat, & phiphi os os: hoc est, Interpres. Atque hac voce pro interprete utitur sacer textus Exodi, dicente Domino Mosi, Aaron erit tibi Lephi, id est, pro ore, hoc est, interprete.

EFV) Videtur ab אפף asaf, amplexus est, circumdedit, vel idem valet quod Hebraicum as, etiam, atque.

CELFV) Hebraicè ציל cail, virtutem denotat; su pronomen.

ANFENFV) Videtur à Chaldaico verbo אנף anif, eleuauit.

ADBLAG] Videtur composita dictio hac ex בלה, senuit; & פג pag vel pbag, corruptus est.

CASVS) Chaldaicè שיש, & Latine Cascus.

VGESFNE] A גסף gasaf, Chaldaicè, putruit.

RDVTVBE] Composita dictio à רדה radah, dominatus est. unde redu, Imperium, & Ton, vel Tub Hebraicè bonum.

KEBV) Chaldaicè כבה cubah, Domus. Aliquando putauimus hoc verbo kebu Eugubium denotari, quasi Kubium. Sed cum Iguuium genuinum sit & vetustissimum Urbis nomen, id affirmare temerarium duximus. Ceterum quod ad Iguuij nomen spectat, facile in Hebraicam originem referri potest, ut sit compositum ex אי, I, hoc est, Insula, & גוים goim, id est, gentium. Quasi Iguuium, Insula gentium, vel gentilium. Id quoque notandum, insulam Hebræis non semper terram mari circumfusam denotare, sed Gentem, Populumve ab alijs separatum. Fortasse enim priscis illis temporibus ritus Noë sacros Eugubini non admiserunt, & ideò Gentiles illos appellarunt.

KLEFDA] Chaldaicè כלפול calphal. Baculus capitatus, & Imperatium sceptrum. Idem valet celfatha. Facta ergo transpositione cal in cla, vel cle, fit clefda, vel klefd.

CVGEFES] Hebraice ציג chug, est circinare. unde cugeses fortasse dicebant circinatores & fabros.

SEKAKNIS) à Succah, tabernaculum.

SCERIS] Hebraice שחאחא Sachaah, Iuuentus. unde abbreviatum sceris, Iuuenis.

OEDI] Hebraice אד ed, hoc est, perditio. Oedi, id est, perdidit.

ETADIAG] Et, videtur particula addita: sed daag denotat mœrore affectus est.

FABET] Huic dictioni nullam Hebraicam, Chaldaicamve consimilem inuenimus. Fortasse nomen est proprium.

FEDFV) Apadah, vel fadah, redemit.

CVMALFV) Chaldaicè & Hebraicè מל camal: succidit. unde Cumel, succisor.

APKANI] Ab אפא, vel afac, vim intulit.

Cane.

CANEFV) Hebraice **כנע** china, inuidit, odio prosequutus est.

KVMAFES) Hebraice **קמים** cum, surrexit. Unde Camim, adversarij, insurgentes in nos.

ESVNV) Hebraice **אסון** ason: mors, perditio.

VPEFV) Ab **אפף**, afaf, amplexatus est.

FARISFENV) Hebraice **פרש** eques.

OABEFV) Hebraice **אהב** abab, dilexit. Unde oheb, vel oeb, amicus, & forsitan Etrusce oab.

RVNF) Hebraice **רנה** rana, cecinit, laudavit. Sed & Rune Princeps sonat: Ita enim Cato in fragmentis. Laronem Etrusci, & Larunem, & Arunem vocant nobilem Principem.

GDEOFV) Hebraice **גדוד** gadad. Est, ad bellum accingi. Unde ghed, & ghedud, turma, exercitus.

AR) Hebraica dictio, **אר**, lux, à radice Ar.

IFEK) I, copula est: Fek à **פק** poc, vel foc, eduxit.

GAK) Fortasse à radice goac Hebraice, eduxit. Unde Gac, eductor. Quamquam hoc loco k sit loco cheth, quæ littera exprimit vim koph.

VSF) Ab Hebraico **אסף** Asaf, congregavit. Unde ofef, vel Etrusce usef, congregator.

GVFV) Hebraice **גרה**, cadauer.

OVNFAC) Ab afac, eduxit.

RIPI) Ab Hebraica radice rafah, torpuit, dissolutus est.

RDV) A radad, attenuavit.

REOASF) Hebraice Resef, fauillam denotat.

VDES) V, videtur copulationis nota. Des, cinis. Nam Hebraice Descenis est.

NEIPO) A radice nos, vel nop, stillavit, irrigavit, suffiuit, unguentis obleuit.

ABS) Chaldaice & Syriace Aba Pater, id est, s gignendi nota.

Interpretata iam, Deo auspice, Tabella, reliquum esset de
ijs, quæ ad eius historiam pertinent, aliquid in medium addu-
cere: verum enimvero, cum ea obscurissima sint, & penitus ex-
tra cognitionem nostram, audacissimi esset ingenij, quippiam
eade re certi proferre. Tu Lector,

Vive uale: si quid nouisti rectius istis,

Candidus imperti, si non, his utere mecum.




AVGVSTÆ VINDELICORVM
imprimebat David Francus.

Anno MDCXIII.



AN DER UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT
MAG. DR. G. H. H.





Pc 1531. 80

X2608602

V077

NG



BERNARDINI

BALDI

IN TABVLAM AENEAM EUGVBINAM,

Lingua Hetrusca veteri perscriptam,

DIVINATIO.



AVGUSTÆ VINDELICORVM,
ad insigne pinus.

Anno MDCLXIII.

